

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Cupiditas ah
cum fonte primo

Nunquam parum est quod satis est,
et nunquam multum quod satis non est.

Neminem pecunia diuitem fecit,
immo contra nulli non maiorem sui cupidinem incussit.

Seneca in epistola.

Numquam parum est quod satis est,
et numquam multum est quod satis non est.
Post Dareum et Indos pauper est Alexander. Mentior?
Quaerit quod suum faciat, scrutatur maria ignota,
in oceanum classes novas mittit et ipsa,
ut ita dicam, mundi claustra perrumpit.
Quod naturae satis est, homini non est.
Inventus est qui concupisceret aliquid post omnia:
tanta est caecitas mentium et tanta initiorum suorum unicuique,
cum processit, oblivio.
Ille modo ignobilis anguli non sine controversia
dominus tacto fine terrarum per suum rediturus orbem tristis est.
Neminem pecunia diuitem fecit,
immo contra nulli non maiorem sui cupidinem incussit.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium epistulae morales*, 119.7-9
(L. Reynolds ed., vol.2, p.508, ll.17-28).